



**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX:|| DE  
CANONICA ET MO-||nastica Disciplina collapsa  
restau-||randa, pristinoqué nitori || restituenda.||**

**Schulting, Cornelius**

**Coloniae Agrippinae, 1599**

**VD16 ZV 14233**

11. De incorrigilib. debitè co[m]pescendis vel eijcie[n]dis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](#)

incipiendo à minoribus vel nouitijs, aut laicis  
fratribus vsque ad maiores inclusuè.

## C A P V T X I.

De pestilentibus & incorrigibiliis debite compescen-  
dis, vel ab ordine ejiciendis, parti-  
cula 33.

Fratres denique pestilentes & incorrigibles  
cum suis excessibus conscriptis & examinatis  
fideliter per ministrum vel custodem, seu Visitato-  
rem aut conuentum ad prouinciale Capitulu  
transmittantur. Quod si adeò incorrigibles fue-  
rint, ut nec culpam humiliter recognoscere, nec  
pœnitentiam condignam recipere vel subire vo-  
luerint, carceri mancipentur. Si verò pœnitenti-  
am recipient & correctionem promittant, cum  
misericordia eis pœnitentia imponatur. Quam  
si portare contempserint, ad consueta vitia reuer-  
tentates: in sequenti Capitulo carceri mancipen-  
tur, & alibi vel etiam extra prouinciam transfe-  
rantur. Pestilentes tales dicimus communis pacis  
& charitatis continui turbatores, siue conrixan-  
do & assiduè litigando, siue seminando odia &  
scandala inter fratres vel seculares verbo, scripto  
aut facto: notabiliter collectiones seu colligati-  
ones contra fratres seu contra prælatos facien-  
tes, correctiones prælatorum contemnentes, præ-  
lati suis & constitutionibus inobedientes, disso-  
lutissimi & indisciplinabiles, in religione notabi-  
les & scandalosi, aut non nisi cū multo murmure  
obedientes. Tales pestilentes sub pena priuationis  
officij

officij per custodias inquirere teneantur, & prius diligenter corrigere, vel de loco mutare, vel sub magistro nouiciorum vel iuuenum, vel sub alio probo patre reponere: & si emendati non fuerint ad prouinciale Capitulum cum scriptis ad Ministrum puniendos destinare teneantur, & quamdiu de eorum emendatione non appetet, sint priuati vtraque voce in electionibus. Si tandem tales aliqui scandalosi & incorrigibiles forent in sua malitia obstinati, vel diutius perseverantes, vel ad verum reformari aut enendari nolentes, sed potius reformationes impedites, & reformatos ac reformantes frequentibus molestantes, vel ubi nulla esset spes vel apparentia de eorum reformatione vel emendatione, prouinciales habitu contensu generalis ministri vel vicarij eius, vel saltem cum consilio custodis ac Gardiani pestilentes, tales de ordine expellant & ejlicant, habitum vel capucium coram conuentu sive formam communem caputij eis publicè auferendo, & aliam formam habitus & tunicae etiam colore dissimilem eisdem præbendo. Quam sub poena excommunicationis tenere cogatur, vel alias eodem perpetuo carceri tradant. Et nulli postmodum liceat taliter electos ab ordine recipere, nisi ubi constaret de iniuria iniustæ electionis, vel vera contritione, vel emendatione electi, & de speciali licentia Ministri: spectant etiam ad Disciplinam in Statutis Franciscanorum sequentes particulae, quas strictim recenseo ex septimo capitulo, & primo qualiter prælati in corrigendo non tenentur seruare stylum & apices Iuris, & qualiter subdit

*Particulae  
variae de dis-  
ciplina.*

subditi ab his non possint appellare. 9. particula,  
folio 23. De poenitutinibus publicorum trans-  
gressorum in casibus reseruatis. vndeclima parti-  
cula, folio 24. Declaratio de carnis peccatis reser-  
uatis, & qualiter etiam tales in foro exteriori le-  
gitime conuicti & confessi debeant puniri. parti-  
cula 12. fol. 24. Punitio legitime conuictorum in  
receptione denariorum vel furto rerum 13 parti-  
cula, fol. 24. De poenis indebet minantium vel  
percutientium 14. part. f. 24. De falsis accusationi-  
bus & falsis testibus. 15. part. f. 24. De diffamatori-  
bus vel libellos famosos proijcentibus. part. 16.  
f. 25. Contra falsarios sigillorum, 17. part. fo. 25. De  
scandalosis puniendis, 19. part. f. 25. De infamatori  
bus puniendis, 20. part. f. 25. De dolosis & secretis  
etiam infamationibus & turbationibus aliorum  
vitandis, ac poenis talium, 21. partic. fol. 25. Quod  
personæ accusantes nullo modo reuelentur accu-  
satis, nisi in casu &c. & de poenitentia talibus im-  
ponenda, 22. part. fol. 25. Qualiter puniantur im-  
properantes culpas & contumelias irrogantes &  
contendentes, 25. partic. fol. 25. De poenis conten-  
dentium contra suos superiores, aut eos contem-  
nentium vel irridetium, vel eorum obedientiam  
vel correctionem siue reformationem spernen-  
tium, aut contra eos vel alios conpirantium, 26.  
part. fol. 26. Poenæ obloquentium contra summū  
Pontificem, Cardinales & ordinis prælatos, con-  
tra Ecclesiæ sanctæ & ordinis iura & constitutio-  
nes, & reformari nolentium, vel reformationes  
impedientium, part. 27. fol. 26. De poena blasphe-  
mantium Deum & sanctos, & aliorum grauium

criminum 28. particula fol. 26. De penitentiis proprietariorum, particula 29, fol. 26. Contra lusores ad taxillos seu alearum ludos, 30. partic. fol. 26. De apostatis eorum punitionibus & arrestitutionibus constitutio generalis Capituli, 31. particula, folio 26. De modo recipiendi & absoluendi apostatas penitentes, & quoscunque fratres excommunicatos, particula trigesima secunda, folio vigesimo septimo. De adhibendis ad consilia fratribus & modo tenendo in eis, 25. partic. folio 27. De incarcerandis, 37. partic. folio 29. Quod nullus poenitentia, quam imposuit superior eius praetatus absoluat, 38. part. folio 28. Declaratio amplior cefurarum, excommunicationum, poenarum praesentium statutorum, particul. 39. folio 28. in 2. Capitulo, 16. part. fol. 31. De visitationibus & correctionibus praelatorum. Facta electione dicitur conuentus, statim antequam procedant fratres ad electionem Gardiani, Gardianus coram suo conuentu prostratus publicè se accuset, & culpam suorum excessuum recognoscat humiliter, & tunc vicarius eius Capitulo praefideat, & poenitentia ei imposita de excessibus eius & defectibus per obedientiam singulos requirat in ipsis Gardiani absentia. Et singuli fratres inquirent bona fide respondere teneantur: & eo reuocato excessus eius eidem cum modestia coram fratribus demonstrantur. Gardianus etiam capitulum teneat quando de excessibus ministrorum, aut Visitatorum aut Vicariorum ordinis, aut custodum & eorum insufficientia, & de alijs transmittendis ad Capitulum generale vel prouinciale aut custodiale

per-



perquiritur. In prædictis aut inquisitionibus tam  
reuelantes accusantium nomina quam inquiren-  
tes, debitè iuxta modum & formam in præceden-  
ti capitulo taxatam puniantur. Custos aut in hu-  
iusmodi perscrutationibus ministrorum & Visi-  
tatorum ordinis ac Gardianorum, si sit in conuen-  
tu, Capitulum teneat: & cum de ipso sit inquisi-  
tio Gardianus teneat capitulum ipsum, & in sua  
Visitatione tempore Capituli prouincialis vel  
custodialis à discretis custodiæ in modo & for-  
ma prædictæ Visitationis Gardiani fienda defe-  
ctus sui eidem recitentur & debitè corripiatur,  
nisi tales essent excessus, qui ministri, vel Capitu-  
li prouincialis, vel diffinitorum correctione, vel  
punitione indigerent, hoc autem scrutinium ul-  
tra vnius diei spacium nolumus prolongari. Et  
nihil graue contra ipsos Ordinis prælatos per  
modum iuridicæ vel publicæ accusationis porte-  
tur ad Capitulum, nec scienter omittatur, quin  
fuerit diligenter discussum, examinatum, proba-  
tum legitimè & in terminis explicatum, & à ma-  
jori parte fratrum conuentuum, & locorum fide  
liter conscriptum, lectum & sigillatum coram o-  
mnibus fratribus loci sigillo, vt ad prouinciale  
generale, custodiale Capitulum destinetur, ut po-  
te illud quod de genere actus est mortale pecca-  
tum, vel inducit notabiliter aut includit relaxati-  
onem regularis obseruantia, vel declarat insuffi-  
cientia manifesta, & nullus impediat talia fieri &  
approbari, & quin ad ipsa capitula transmittatur  
& quicunq; contra fecerit, à Capit. repellatur, &  
nihilominus grauius puniatur, & idē de scribēdis

Ii 2

ad

ad generale Capitulum. Quando autem discutiuntur, mittenda ad generale Capitulum diligenter crimina grauiora, si quæ fuerint examinentur quæ proponantur. Et in speciali inquiratur ab eo qui accusat, de facto si vidit, vel de verbo si audiuit ab eo qui accusatur, & inquiratur de loco & tempore: & hæc forma in quacunque visitatione & accusatione grauium criminum seruetur. Posint tamen & debeant per modum aduisamenti & filialis correctionis, non per modum iuridicæ accusationis, de multis etiam, quæ videntur leuiora ad cautelam bonam dicti prælati à subditis in caritate accusari & auisari, & moris est apud multos, ne minora negligendo & non ponderando aut curando, citò in maiora incident, sicut olim in ordine factum fuisse videmus. Excessus autem notabiles, ministrorum, custodum, Gardianorum & aliorum, si qui sint corrigendi, coram illis tantum, qui nouerunt excessus in Capitulis audiantur, & qui corrigendi fuerint corrigantur, nisi talis sit excessus, qui foret pena publica puniendus. De electione, iuramento & officio diffinitorum Capituli & eorum correctore. part. 18 fol. 34. De renunciatione & Visitatione ministrorum & eorum correctione. part. 31. f. 34. De causis suspensionis vel depositionis ministrorum provincialium, 32. part. fol. 34. Quod ministri & alij extra Capitula indifferenter nō deponantur. par. 34. f. 35. Qualiter obsernari & teneri debeant sententiæ & diffinitiones Capituli & necessaria ibidem ordinari, part. 35. f. 35. Qualiter sententiæ criminum ferantur & registrantur, ac duobus libris semper

semper à miistris habédis, 38. part. f. 35. De excessibus ministri generalis & prouincialium ac visitatorum & ordinis visitatorum ad capitula generalia scribendis, 39. part. fol. 36. De Capituli generalis celebratione 41. part. f. 36. De diffinitionibus Capituli generalis ac renunciationibus ministrorum, 42. part. fo. 36. De visitatione generalis ministri, 44. part. f. 36. Processus inclusorum qualis esse debeat, 45. part. fo. 36. De causis depositionis generalis ministri & amplioribus poenis illum non visitantium nec in casibus deponentium, 46. part. f. 37. Decimum Capitulum. De visitatoribus fratrum & totius ordinis, 1. part. f. 40. Qualiter ordo debeat visitari per generalem ministrum, 2. part. f. 40. Qualiter etiam debeat totus ordo visitari de triennio in triennium per duos specialts visitatores vicarios generales obseruantes coadiutores generalis ministri, 3. part. f. 41. Quales & quomodo debeant extunc institui vicarij & visitatores generales præfati ac visitari & de eorum potestate, 4. part. fo. 41. Modus procedendi in visitationibus generalis ministri & visitatorum ac vicariorum ordinis, 5. par. f. 41. Qualiter etiam status pruinciarum ac prælatorum ordinis debeat Capitulo generali declarari à Visitatoribus & Vicarijs generalibus ordinis, 6. part. f. 42. De excessibus publicis, etiam sollicitè à generali & Visitatoribus & Vicarijs generalibus extirpandis & reformatiis, 7. part. f. 42. De secretis excessibus à Visitatoribus & ordinis prælatiis non reuelandis, 8. partic. folio 42. De accusatione excessuum talium ordinis visitatorum & vicariorum generalium, 9. particula

504 DE DISCIPRL. ECCLES.  
ticula folio 42. De visitationibus faciendis à mi-  
nistris prouincialibus, 10. particula, folio 42. De  
visitationibus custodum & eorum oficio, 11. par-  
ticula, folio 42. De visitationibus quotidianis à  
Gardiano faciendis, 12. particula, folio 43. De com-  
missarijs & visitatoribus particularibus aliquo-  
rum conuentuum ordinis, 13. particula, ffolio 42.  
Qualiter à prælatis debent foueri excellentes in  
deuotione & obseruantia strictiori, 14. particula,  
folio 43.

Bernardus  
in serm. de  
S. Benedicto  
Benedictus  
legifer no-  
ster.

De disc. Mo-  
nastic. Bene-  
dictin. & e-  
ius reforma-  
toribus mul-  
ta habet D.  
Arnoldus  
VVion in li-  
bris quinque  
Ligni Vitæ,  
li. 1. 2. 3. 4. 5.  
& li. 5. c. 13.  
ex Bedali. 2.  
hijst. Angl. c.  
4. quod Bo-  
nifac. 4. con-  
uentu Episc.

## C A P V T XII.

De Disciplina Benedictinorum, & qua eadem est,  
Bernardinorum.

Quoniam Regula S. Benedicti est passim ob-  
quia, tantum decerpam & quasi digito indica-  
bo ea, quæ ad nostrum spectant argumentum, ca-  
p. 58. regulæ agitur de disciplina suscipiendorum  
fratrum, cap. 23. De excommunicatione culparū,  
cap. 24. qualis esse debeat modus excommunica-  
tionis, cap. 25. de grauioribus culpis, capitulo vi-  
gesimo sexto. de his, qui sine iussione Abbatis iun-  
gunt se excommunicatis, cap. 27. Qualiter Abbas  
sollicitus esse debet circa excommunicatos: cap.  
28. De his qui saepius correpti sese non emenda-  
uerint, cap. 30. De pueris minore ætate qualiter  
corrigantur, cap. 44. De his qui excommunican-  
tur, quomodo satisfiant, cap. 46. De his qui in  
aliquibus leuibus delinquunt. Cardinalis Turre-  
cremateus in explicatione Regulæ S. Benedicti,